



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

**Parisiis, 1644**

II. Vt castitas a Leuitis & sacerdotibus custodiatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15256**

SIRICIVS CARTHAGIN. ARCADIVS<sup>7</sup> HONORIYSS IMP. 467  
PAPA.

ANNO CHRISTI 397. vnitatem , quæ nullam noscitur habere notitiam , sicuti didicimus , Dei populos instruamus . Ab vniuersis episcopis dictum est : Plane sic accepimus , sic tenemus , fidem apostolicam sequentes .

II.

<sup>f</sup> Aurelius episcopus dixit : <sup>g</sup> Cum in præterito Concilio de continentia & castitatis moderamine tractaretur , gradus isti tres conscriptione quadam <sup>\* castitatis</sup> per consecrationes annexi sunt . Episcopos , inquam , presbyteros , & diaconos ita placuit , vt condecet sacrosanctos antistites , & Dei sacerdotes , nec non & Leuitas , vel qui sacramentis diuinis inferuiunt , continentes esse in omnibus , quo possint simpliciter , quod a Deo postulant , impetrare ; ut quod apostoli docuerunt , & ipsa seruauit antiquitas , nos quoque custodiamus . Ab vniuersis episcopis dictum est : Omnibus placet , vt episcopi , presbyteri , & diaconi , vel qui sacramenta contrent , pudicitiae custodes , <sup>h</sup> etiam ab uxoribus se abstineant . Ab omnibus dictum est : Placet , vt in omnibus & ab omnibus pudicitia custodiatur , qui altari deseruiunt .

III.

<sup>i \* Fortunatus</sup> Fortunatus episcopus dixit : Si iubet sanctitas vestra , suggero . Nam <sup>k</sup> memini præterito Concilio fuisse statutum , vt chrisma , vel reconciliatio pœnitentium , nec non & puellarum consecratio , a presbyteris non fiant . Si quis autem emerserit hoc faciens , quid de eo statuendum sit ? Aurelius episcopus dixit : Audiuit dignatio vestra suggestio nem fratris & coepiscopi nostri Fortunati . Quid

Concil. Tom. 3.

Nnn ij

Cod. Can.  
cap. 3.  
Dist. 84.  
Cū in præ-  
terito.  
Dist. 31.  
Episcopos  
presbyt.

Cod. Can.  
cap. 4. Va-  
riat paulo ,  
vt infra.

Cod. Can.  
cap. 6.  
26. q. 6. Si  
iubet san-  
ctitas.